

III.
NEOVIDENSIS

Nro. 74. (Neovidensis 1808. Nro. 73.)

*Secretum litterarum commercium inter Vivos
et vita functos*

Ad Clio Deam Historiæ.

Ex mundo superiore.

Elysium-Meum.-DieVeneris 23. Sep. 1808. (Neov.6. Sep. 1808.)

Liceat quærere benigna Dea! quid Causæ
subsistit, quod ex Historia demonstrari nequeat:
Cur Ovidius Roma in Pontum ad exilium actus?
an fuit metu, an adactus vi, an politica,
ætate Augusti?

Occasionem quærendi supeditant adjuncta,
quibus Ephemeridibus nostra ætate similes
objectiones fiunt, quæ tamen segmenta solum
sunt Historiæ. Vere jam de fide nostrorum
Annalium subdubitare occipio, & a conspi-
cuo auctore hæc argumenta mutuo:

Ex quo clarissimus mendaciorum pater
in 2 Caput vet. Testamenti in penetralia A-
tavorum & Tritavorum irrepserat, adulteran-
di artificium ab omni conditionis homini-
bus adoptatum est, exemptis poetis & fa-
bularum scriptoribus, quibus ex officio men-
tiendum, & a quibus adulterata, quam por-
rigunt, moneta, tantum qua talis (ut num-
mi numerationis discendi, & signa metalli-
ca ludendi gratia) acceptatur, nos Adæ fi-
lij plus minus ab omnibus fallimur, qui

vi sui muneris, tituli, & prædicati veritatem dicendam haberent. Suapte intelligitur: hic nec eminus de Theologia cogitari, quod enim ab Ecclesia credendum nobis proponitur, captivato intellectu in obsequium fidei tenendum habemus, absque ulla ulteriore scrutatione. Politici ex natura suæ vocationis jam dimidii poetæ sunt. A Philosophis ex ævo jam veritas minime expectabatur, solum systemata, quibus Universum intexturere, ad suam artem trismegisticam admirationi exponendam, at his & omnibus aliis fraus condonari potest — qua nobiscum agunt — tantum historicis venia dari nequit, hi veridici esse deberent, hæc de iis expectatio? & si nos fallunt, an non pœna digniores, ac prophetæ, qui historias memorant, quæ nondum evenere.

Legimus cum devotione populorum res gestas, omnis ævi; at probabilissimum est, septem octavas rerum memoratarum falsas, nec unquam evenisse; Historiæ veteres gentium, omnium orbis partium habent eam terrene probabilitatem, quam, originaria Mexicani Imperii historia, quam Gubernator Hispanicus in 63 tabulis æneis notis hieroglyphicis & Symbolicis imaginibus adumbratam, mercatus est.

Constat vulgo: orbem terrarum nostrum sat juvenem 6000 vix annorum Creaturam esse, quidquid Geologi etiam suis observationibus super natalium horum doctrina contrarium adferant; quid sentiendum

de Pomponio Mela, qui L. 1. c. 9. audacter asserit: se evidenti Aegypt. annalium fide convictum ætatem gentis ægyptiæ minimum 15000 a. extendensam esse? Babyloniorum Astronomicæ Observationes 150 Secula excessere; Phœnices jam Alexandri M. ætate res ante 300 Secula gestas commemoravere, Indiæque Incolæ plane persvadere nobis volunt: historiam status, & Imperii sui, 15 milliones (proh superi paterque Chrono!) quindecim inquam milliones annorum censere.

In historia proin maculæ omnis experte, quæ vices anteaucti temporis absque ornamentis & calamistris facta solum, & certa, dubiis vacua memorare deberet, talis inquam vetus populorum historia inanis foret pagina; quam immensus non temporum tractus a prima humani generis, ex tenebricosa animalitate suæ, usque culturam primarum notionum & articularium tonorum, & ab hac rursus, epocha, usque inventionem nobilis artis scriptoriæ, præterfluxisse oportuit.

Cum tandem ad eam cogitationem deventum fuisset: obscuras, memorabiles, & traditas, rudium credulorum populorum res libris inserendi, prout & quæ ætate scribentium evenerunt, an quæso jam plus erat certitudinis, ac ante? antiquitas non noverat cultiorem scribendi propensiolem populum ac Græcos, & nihilominus jam Synchroni Miltiadis & Pelopidæ incerti erant: an Platæensis acies Salaminam præcesserit, aut successerit?

Dubitandum quidem non est: nobis præ-
vixisse homines, qui grandia & modica facta
patrarunt, verum hæc a nobis sciri, admodum
dubium, ambiguumque & anceps.

Ipsi illi Historici, qui audacissimo vultu
de indole morali heroum loquuntur, quasi Sci-
pionum, Alexandrorum, Epaminondarum con-
scholares fuissent, eorum orationes legendas
præbent, quasi suismet auribus eas excepis-
sent, aut ad suas rationes per Anglicanos Ta-
chigraphistas Parlamentares describendas cu-
navissent, illi Taciti, Livii, Voltairii, Humeii,
Robertsonii, Gibbonii e. a. p. periculossimi sunt;
obvia Chronica eos fide præstat.

Tuto tenere licet: quamvis historiam in
qua auctor ratiocinatur, aut eventa drama-
tica arte ita ordinat, ut sibi opponantur, & æs-
thetice in animum agant, — partium studio
scriptam, unumque aut alterum illustriam he-
roum inferiore merito, loco positum esse, non
computando auctorium vitrum, per quod nar-
rator res consideravit, quæque a meo concep-
tu ratione coloris & formæ prorsus diversa
esse potest — factiones ciere, & in diversa ab-
ire humanæ naturæ familiare est.

Nemo historiam duarum avium Canariarum,
aut Hottentotiarum, aut aliarum duarum Crea-
turarum, quæ ante ei indifferentes non erant,
quam os ad narrandum aperiret, narrando est,
quin minime observans, si præsertim nonni-
hil historia proluxa sit, unius avis, vel Hottento-
tæ factioni adhæreat; Historico placendi vo-
tum est, ad hoc efficiendum, quod dicti solet,

Interesse excitare, & ut hoc possit, individuo studere debet, lumen & umbram suæ imagini intexere, æstheticum effectum procurare.

Quare laudo ephemerides, quarum evidentia non adeo exactæ rationes inducuntur; & quid hodie memorant? paucis exhibebo favete.

Parisii 2. Sept. Monitor hodie seqv. de 25. Julii completitur: „Expediitio a Præfeto Tunetano præparata ob seditionem in Castris exortam successu caruit. Præfetus agminis, qui imperio militari præfuit, Præfetus Constantine, præcipui officiales militares, & ipsi affines Præfeti trucidati sunt; novus Præfetus electus, prout & nova regiminis membra, & jam Seditiosi motus fecere ad eos inaugurandos. Rumor harum conversionum animos in urbe consternabat, & in palatio. Fornices mercatorum claudabantur, & Præfetus, cujus personæ jam minæ injectæ, consilium cepit in Europam transeundi. Jamque omnes ad ejus discessum præparationes factæ, cum alter publicus cursor nuncium adferret: primipilum; quem seditiosi sibi præfecere, cum omaibus complicibus occisum esse; exercitumque denno priorem Præfetum, Achmetem, principem agnovisse. Quies nunc subito restituta, at in animis variz relicte anxietates, & reditus copiarum metuitur.

Heri mane Imperator In Saltu S. Germani venabatur iterum, & postea Pevillone la Met. a te jentaculo se refecit.

D. Generalis agminis Marchand, qui jam aliquot ante diebus cum Generali Stabo isthuc adpulit, atque absente Excellmo. D. Mareschallo Ney exercitui præest, hic quoque moras exigit.

Cum paullo ante plures turmæ militares ad multas Communitatum provincialium sedes collocatæ sint, idcirco D. Præfectus hujus provinciæ a Gen. Duce Boyer litteris edoctus, quarum Excerptum documento serviturum publicatur: Acerrima Jussa edita sunt, ut exactissima disciplina observetur, securitas personæ & bonorum custodiatur; equidem officiales pro casu violationis hujus severe impositæ obligationis reddendis rationibus adstrinxi, certiozem reddere D. V. dignetur: ut de omnibus læsionibus Protocolla æstimationis damni confici curare, & sibi transmitti facere velint, ad mihi transmittendum. Eos compensationis securos jubeo". Subscr. *Boyer*.

Hispania, Ex Ephem. Univ.

Gallia 18. Aug. In Hispania ex uno mense multæ bellicosæ scenæ evenere, in quibus Gallicæ copiæ maxima alacritate pugnarunt. Noster ejas exercitus priore Junio an sena agmina distribuebatur; quæ pro adjunctorum ratione jam auctiora, jam arctiora erant, continuo tamen per præsidia urbibus imposita, debiliora reddebantur. Per conversionem, quam negotia subivere, factum est: ut singularia agmina sat ampla distantia ab invicem locarentur, quan-

D. Generalis agminis Marchand, qui jam aliquot ante diebus cum Generali Stabo isthuc adpulit, atque absente Excellmø. D. Mareschallo Ney exercitui præest, hic quoque moras exigit.

Cum paullo ante plures turmæ militares ad multas Communitatum provincialium sedes collocatæ sint, idcirco D. Præfectus hujus provinciæ a Gen. Duce Boyer litteris edoctus, quarum Excerptum documento serviturum publicatur: Acerrima Jussa edita sunt, ut exactissima disciplina observetur, securitas personæ & bonorum custodiatur; equidem officiales pro casu violationis hujus severe impositæ obligationis reddendis rationibus adstrinxi, certiozem reddere D. V. dignetur: ut de omnibus læsionibus Protocolla æstimationis damni confici curare, & sibi transmitti facere velint, ad mihi transmittendum. Eos compensationis securos jubeo". Subscr. *Boyer.*

Hispania. Ex Ephem. Univ.

Gallia 18. Aug. In Hispania ex uno mense multæ bellicosæ scenæ evenere, in quibus Gallicæ copiæ maxima alacritate pugnarunt. Noster ejas exercitus priore Junio an sena agmina distribuebatur; quæ pro adjunctorum ratione jam auctiora, jam arctiora erant, continuo tamen per præsidia urbibus imposita, debiliora reddebantur. Per conversionem, quam negotia subivere, factum est: ut singularia agmina sat ampla distantia ab invicem locarentur, quan-

tumvis semper connexionem cum centro Ma-
 dritensi prout & Gallia in Generali principe
 Communicationis via, Bajonam apertam reti-
 nuerint. Sena hæc agmina seqv. erant: agmen
 Gen. D. Savary, (Ducis de Rovigo) Madriti;
 Düpont in Andalusia, Moncey in prov. inter
 orient. & meridiem sitis. Duhesme in Catalo-
 nia. D. Lefebre in Arragonia Mareschallus Bes-
 sieres in vet. Castilia, præterea specialis copi-
 arum pars reservabatur, quæ in subsidium excu-
 babat. De operationibus harum copiarum seq.
 innotuere: Mareschallus Bessieres pluribus heb-
 domadis vet. Castiliam defendit adversus se-
 ditiosos, quos in omnibus stationibus repres-
 sit, & in primis prope Valadoletum natablem
 pugnam commisit, quæ cum clade copiarum
 Gallicia, Asturiæ, & Legionis eo usque pro-
 gressarum terminata. Bessieres victoriam pro-
 secutus Zamoram usque præcursorio suo agmi-
 ne progressus, totam provinciam Legionis occu-
 pavit, præcedenteque suo agmine montes us-
 que penetravit qui Gallæciam a Legionem deter-
 minant. In hac Regione plura adhuc prælia
 commissa, in favorem Gallorum, at cum adul-
 to Julio exercitus in Hispania concentrandus
 videretur, Gen. Mareschallus Bessieres suo cum
 agmine Legionem egressus, in qua princeps
 hospitium habebat, Burgos se contulit, in qua
 urbe secundum novissimas relationes adhuc
 morabatur. Agmen Gen. Ducis Lefebre,
 quod ex aliquo tempore in Arragonia con-
 stitit, destinabatur ad urbem Cæsaraugu-
 stam, provincia occupata, recuperandam, cu-

jus Incolæ pertinaciæ suæ inhærentes nulla
 ratione ad obsequium flecti poterant. Cum
 primus machinarum bellicarum usus non
 succederet, incolæque porro reniterentur,
 Gen. Dux Lefebre auctus validis suppetiis,
 & agminis Dux Verdier imperium militare
 assumpsit, qui denuo contumaces adgressus
 ad interiora urbis penetravit, duravit nihilo-
 minus seditiosorum renitentia quibus ædes
 totidem arces erant. Rumor fert de octidu-
 anis præliis in ipsa urbe locum habentibus;
 usque Verdier urbe potitus, ex qua cum
 Gen. D. Duhesme in Catalonia nexu jungi
 conatur, maxima tamen agminis Verdierani
 pars castra juxta Cæsaraugustam repetiis-
 se fertur. Duhesme Barcinonem tuetur; ag-
 men Mareschalli Moncey, quod ab aliquot
 hebdomadis Novam Castiliam tenebat, Va-
 lentiam progressum omnibus montibus circa
 hanc urbem potitus est, jamque tractatus
 cum provincia inchoati, sed rursus ab-
 rupti feruntur. Ob continuas in diversis Hi-
 spaniæ partibus turbas Rex cum ministris &
 membri regiminis 29. Julii Madrito exces-
 sisse Burgosque profectus dicitur, usque tu-
 multus sopitus fuerit ibi moraturus.
